





177

Pr. 49. *manus 37.*

1767 32.

DISSERTATIO
DE
SVCCESIONE FILIORVM
IN RES VTENSILES MATERNAS
EX IVRIBVS CIVITATVM
DRESDENSIS AC LIPSIENSIS.

542. B

QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
P R O L O G O

IN EODEM ORDINE OLIM OBTINENDO

AVGVSTVS FRIDERICVS SCHOTT,
PHILOSOPHIAE ET IVRIS VTRIVSQVE DOCTOR,
SOCIETATIS LATINAE IENENSIS COLLEGA

HONORARIVS

D. XV. APRILIS A. O. R. CIOCCCLXVII.
HORIS ANTE- ET POSTMERIDIANIS

DISPVTANDI CAVSSA PROPOSVIT,
RESPONSVRO A MERIDIE.

CHRISTIANO GOTTLOB MATTHAEI

ANNAEMONT.

L I P S I A E
LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.



DISSERTATIO

DE

SUCCESSIONE FILIORUM

IN RES VITAE MATERNAS

EX LEGE CIVITATIS

THEODORICUS AC LIBERTINUS

AVGVSTVS

MDCCCXXXIII

AVGVSTVS

MDCCCXXXIII

IN ORDINE PUBLICO

AVGVSTVS

MDCCCXXXIII

AVGVSTVS

MDCCCXXXIII

AVGVSTVS

MDCCCXXXIII

AVGVSTVS

CHRISTIANO GOTTFR. WATTNABE

LIBRARIA

MDCCCXXXIII



PERILLVSTRI
ATQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO
D O M I N O
HANNS GOTTHELF
A GLOBIG

DYNASTAE IN ZEHISTA ETC.

SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE
A CONSILIIIS SECRETIORIBVS, NEC NON SVPREMI
SENATVS ECCLESIASTICI PRAESIDI

MAECENATI INDVLGENTISSIMO
S A C R V M.



INSTITUT
HANS GOTHELL
A. G. O. I. G.

VERLAG
LEIPZIG

M. LEHNHARDT
B. A. G. V. M.



PERILLVSTRIS AC EXCELLENTISSIME
DOMINE,

MAECENAS INDVLGENTISSIME

Numquam sane eo processisset mea audacia,
vt PERILLVSTRINOMINI
TVO, OPTIME MAECENAS,
tenuem hunc et cum argumenti leuitate,
cum doctrinae penuria tanto patrono plane indignum
libellum consecrare, religioni mihi haud ducerem, nisi
mira ac incredibilis fere indulgentia, qua TV, IN-
DVLGENTISSIME DOMINE, omnes, qui
in TVAM tutelam vt certissimum praesidium confu-
giunt, excipere soles, et cuius celebrandae cupiditatem
ipsa experientia, qua gloriari licet, in me excitauit,
animum meum auxisset, egregiamque veniae mei cona-
minis impetrandae spem fecisset. Equidem non commen-
dandi caussa leues has chartas TIBI offerre audeo,
quid enim in iis esset, quod tanti Maecenatis iudicium
ferret? sed vt pietatis ac reuerentiae, qua TE sum-
mis de Saxonia meritis illustrem prosequi officium iubet,
qualecunque signum edere mihi liceat. Quis enim est,
nisi

nisi ab omni pietatis et gratitudinis sensu plane alienus, qui praeclara ac praecone dignissima facta, quibus et patriae salutem auxisti, et multorum omni fere auxilio destitutorum fortunam firmasti, sermone non celebret et quacunque arrepta occasione praedicare non studeat? quamquam ea ita sint comparata, ut ne diserto quidem oratori, nedum mihi ab omni facundia longe remoto, verba sufficiant, quibus; quid TIBI debeat, exprimi, ut decet, possit. Omnes certe, quotquot sunt, boni pro TVAE incolumitate patriae nostrae faustissima et totius splendidissimae ac GENEROSISSIMAE GENTIS TVAE salute perpetua pia nuncupant vota, omnes insignem, quae TIBI propria est, munificentiam venerantur, omnes TVAE indulgentiae se tradere cupiunt. Hanc si mihi in posterum implorare licuerit, summam felicitatem me attigisse arbitrabor, omnemque dabo operam, quantum potero, ne ea plane indignus esse aut pietate erga TE vlli TVORVM umquam cedere videar

PERILLVSTRIS NOMINIS TVI

Scripti Lipsiae
die XIV. Aprilis
C1810CCLXVII.

deuotissimus ac obsequiosissimus cultor
AVGVSTVS FRIDERICVS SCHOTT



Instituti ratio.

 Longa est et grauis heredum, qui iure Saxonico vtuntur, de rerum vtensilium, *geradam* vocant, successiue querela. Hinc saepius audimus illud vulgare: *Gerade macht viel Ungerades.* Ita enim fit, vt instituta, quae ab initio fuerunt laudabilia et ab aequitate profecta, postea mutatis moribus parum commoda videantur. Sane originem geradae si spectamus, sapientia maiorum valde debet laudari. Nam cum antiquitus in Germania nulla omnino esset foeminarum in rebus immobilibus successio ob familiarum conseruationem, deploranda erat filiarum conditio, quae praeter paruum vaterphium iis elocandis dari solitum nihil ex hereditate paterna accipiebant. Quam ob causam inualuit, vt filiae solae exclusis plane filiis saltem res vtensiles matris suae caperent, ne penitus neglectae viderentur. Mox ius Romanum, cum in patriam nostram irrepisset, hunc succedendi modum mutauit, et, vt filiae aequo iure cum filiis immobilium rerum heredes essent, si sola fere beneficia et auita bona exceperis, effecit. Iam vero sublata hac inaequalitate, quae constitutendae geradae ansam praebuerat, ipsum quoque geradae ius nullam fere, qua niteretur, rationem amplius praese ferr videbatur.



tur. At manfit nihilo fecius haec singularis filiarum, immo omnium cognatarum, succedendi ratio, qua omnes masculi praeter clericos, quippe olim bonorum immobilium aequae incapaces, ac mulieres, excluduntur, non inter illustres solum ac nobiles personas, vbi feuda inprimis et auita bona foeminarum conditionem deteriore reddunt, sed ad ciues etiam, inter quos eiusmodi possessiones aut plane non, aut raro occurrunt, fuit porrecta, ita, vt ex iure aequalitatis causa constituto ipsa inaequalitas progressu temporis originem traxisse videatur, et foeminae meliori omnino masculis iure in successione censeantur, cum vel filius maxime remotae cognatae in rebus vtenfilibus a defuncta matre relictis cedere debeat. Quo inferior vero est filiorum fortuna, cum res, quae *geradae* vocabulo comprehenduntur, quibus haud raro maxima pars diuitiarum matris absoluitur, vel solis fororibus, vel remotioribus adhuc cognatis relinquere tenentur, eo magis optandum, vt integrum hoc de rerum vtenfilium caput, vtut frugifera altercationum et querelarum mater, e Saxonico iure prorsus proferbatur, quale quid iam olim ab *auctoribus consultationum Constitutionum Saxonicarum*^{a)} tentatum fuisse constat. Hinc etiam factum est, vt non solum filii, licet ordinario iure ex rebus matris vtenfilibus nihil capere possint, tamen ex singularibus quibusdam causis quandoque earum participes haberi coeperint, sed etiam nonnullarum vrbium statutis^{b)} prudenter receptum fuerit, vt filii,

a) *Illustres quaestionum variarum controuersarum Decisiones s. Consultationes Constitutionum Saxonicae*. D. Augusto Electori a. 1722. exhibitae, Vol. I. P. V. p. 121. Francof. 1729, fol. vbi auctores his verbis vruntur: Gut und richtig ware es, solches (nempe Geradae ius, de quo in quaestione proposita sermo est) abzuschaffen, welches kein ergründte Ursach im Rechten, noch in der Vernunft hat, darum mau diese Stück vom Erbe sollte abthei-

ten und sonderen, und dadurch würde viel Gezenk und Zweifel, so von diesen Stücken zueglich fürfelt, und davon das Sechssich. Recht nicht gnugsam disponirt, einmahl aufgehoben.

b) Quae videre licet apud HOFFMANNVM in *Statutis localibus von der Gerade und dem Heergerathe* P. II. multis locis, v. c. p. 12. vbi de iure Schmoellensi, p. 19. vbi de iure Bornensi, p. 47. vbi de iure vrbis Mügeln.



fili, fororibus non extantibus, geradam maternam aut omnem aut plurimam partem acquirant. In hoc statutorum numero cum eae dispositiones, quae Dresdae ac Lipsiae hac de re vigent, vberiori disquisitione inprimis dignae videantur, ego, qui sicut omnis iuris patrii, ita potissimum singularum urbium legum amore quam maxime teneor, de iure, quo filii in rebus vtenlibus matris contra communem iuris Saxonici regulam in his duabus primariis Saxoniae ciuitatibus fruuntur, tenui hoc libello exponendum duxi. Duae vero erunt huius commentationis partes, quarum altera ius Dresdense complectetur, altera de placitis ciuitatis Lipsiensis exponet.

CAP. I.

DE SVCCESIONE IN GERADAM MATERNAM EX STATVTIS DRESDENSIBVS.

§. I.

Argumentum statuti proponitur.

Itaque cum primo loco ea explicari debeant, quae ad placita urbis Dresdae circa ius filiorum res matris defunctae vtenfiles capiendi pertinent, opus est, vt ipsa legitima verba proponamus, quo accuratius de eorum vi ac pondere iudicium ferri possit. Sic vero iubent Statuta^{a)} Cap. VIII. §. 10. *Gleichergestalt sollen auch die Söhne, wenn sie keine Schwester oder Schwester Töchter am Leben haben, nach ihrer Mutter Absterben der nächsten Mähnen mehr nicht, als die Niffel oder halbe Gerade auszuantworten schuldig seyn.* Iam quod ius filii inde competat, et qua ratione illud applicandum sit, singulis quaestionibus vbiuis adpersis vberius declaremus. Quamuis enim b. Christoph. DONNDORFFIUS *successionem ab intestato secundum Statuta Dresdensia* peculiari dissertatione Lipsiae MDCCCXIII. edita descripserit, nihil tamen quod ad illustran-

a) STATVTA der Stadt Dresden 1728. 4.



illustrandum hoc caput facit, praeter paucas lineas ibi deprehendimus.

§. II.


Quo casu succedant filii et quas cognatas excludant?

Ante omnia igitur quaerendum est, quando filiis hoc ius tribuatur, vtrum semper, an singulari demum causa existente? et quibus personis ii praeferantur. Non enim perfecta aequalitas fuit introducta, ita vt filiis eodem cum filiabus iure in gerada materna vt liceret, sed inprimis quidam filiarum ac cognatarum fauor ex veteri iure remansit. Nam non nisi filiabus vel neptibus ex iisdem haud extantibus filios ad hanc successiorem admitti patiuntur verba legis municipalis: *Wenn sie keine Schwester oder Schwester Tochter am Leben haben.* Vnde apparet, eos, si sorores vel filias sororum (non etiam fratrum, has enim quippe iure cognationis, quod in rerum vtilium successione solum spectetur, destitutas iam commune ius Saxonicum arcet) superstites habent, in nulla omnino geradae maternae parte concurrere posse. At his deficientibus filii exclusis omnibus reliquis defunctae matris cognatis optimo iure sibi eam vindicant, ita, vt nec sororum neptes nec soror matris eiusque filia eos antecedant, quae omnes communi appellatione *der nächsten Mubmen* comprehenduntur, et sola gerada *minore* contentae esse iubentur: *Sollen auch die Söhne — der nächsten Mubmen mehr nicht, als die Niffel, oder halbe Gerade auszuantworten schuldig seyn.* Ergo ne tum quidem filii omnia capiunt, sed partem, quae *die Niffel Gerade* audit, de cuius quantitate infra dicemus, proximae cognatae tradere tenentur.

§. III.

An filii succedant, sorore in eo loco commorante, in quem gerada ob ius reversionis non solet concedi?

Cum autem lex municipalis iis tantum filiis successiorem in geradam deferat, quibus nec sorores sunt, nec sororum filiae,



liae, dubia oritur quaestio, vtrum filiis vllum ius esse possit, quorum sorores aut fororum filiae superfites eo in loco domicilium posterunt, vbi incognita est haec successio, et vnde gerada non solet in municipium, in quo defuncta mater habitauit, concedi, et cuius adeo ciues retorsionis iure, cum ob exprefsam dispositionem CONST. SAXON. EL. 38. P. III. tum ob verba statuti Cap. IX. §. 14. *Gerade soll man aus der Stadt und derselbigen zugehörigen Gebiete nicht geben, denn allein in die Städte und Stellen, da man sie vor Alters hingegeben, und sie von denselben Orten wiederum dabero gereicht* etc. ab eadem aliis in locis et inprimis Dresdae excluduntur? Cuius quidem causae decisio ab alia quaestione praeiudiciali: Vtrum res vtensiles cognatis ea in vrbe commorantibus, vbi geradae ius non viget, sed res alibi geradae nomine comprehensae in comunem hereditatem computantur, vt in plerisque extra Saxoniam prouinciis, iure retorsionis denegari possint, an potius hereditario titulo iisdem concedendae sint? pendere videtur. Est hic, si quid video, ad naturam et rationes iuris retorsionis recurrendum, iisque rite perspectis sententia diuidenda, quae omnem tollat dubitationem. Cum enim omnis retorsio aequalitatis inter diuersi iuris ciues seruandae causa et inuenta sit, et exerceatur, ne alieni ciues apud nos iis fruantur commodis, quae nostris in aliena ciuitate denegantur, tota res eo redit, vt videamus, an inaequalitas oriatur, si cognatae in eam ciuitatem, vbi geradae ius ignoratur, res vtensiles non tamquam tales, sed tamquam hereditariae concedantur? Mihi quidem valde placent, quae GOLDBECKIVS, ^{a)} CARPZOVIUS, ^{b)} RICHTERVS, ^{c)} BEYERVS, ^{d)} BERGERVS, ^{e)} BART-
B 2 HIUS

a) GOLDBECKIVS de iure Geradae
Cap. IX. p. 361-66.

b) CARPZOVIUS *Defin. forens.* P.
III. Const. XXXVII. def. 5. 6. 7.

c) RICHTERVS in *Decis.* P. III. Dec.
140. n. 24. p. 108.

d) GE. BEYERVS in *Delin. Iur.*
Germ. Cap. XV. §. 5. 6.

e) BERGERVS in *Respons.* P. II.
Resp. 108. et in *Oec. Iur.* lib. II. tit.
IV. §. 40. n. 19.



HIVS^{f)} HOFFMANNVS,^{g)} et, qui primo loco a menominandus erat, dignitate ac meritis Illustris HOMMELIVS,^{h)} egregium litterarum decus, quem praeceptorem praestantissimum et patronum certissimum mihi contigisse gloriatur, haec, in quam, mihi perplacent, quae praeclari hi iuris antistites super hoc argumento disputarunt. Videndum profecto est, quo iure cognata extera petat geradam, vtrum tamquam proxima heres, an vt cognata aliis proximioris gradus, heredibus extantibus? Si enim hereditario titulo ea succedere cupiat, non est, quod res vtensiles ipsi denegentur, cum nulla sic oriatur inaequalitas. Nam eadem res, quae in ciuitate defunctae cognatae, cui extera heres existit, *geradae* nomine comprehenduntur, in loco domicilii exterae cognatae heredis inter hereditarias referuntur, adeo, vt eas etiam in ea loca, vbi *geradae* ius viget, etsi non tamquam res vtensiles, tamen tamquam hereditarias (quod perinde est, cum hic non de nomine, sed de rebus sub eo comprehensis quaeratur) inde transferre liceat. Cum igitur nulla hic subsit successione inaequalitas, nisi verbis ludere velis, cesset quoque, quod eius causa inuentum fuit, reuersionis ius necesse est. Accipiat potius extera cognata, si sola heres proxima existat, vna cum reliqua hereditate omnes defunctae cognatae res vtensiles, si cum pluribus concurrat, non nisi partem *geradae* eius portioni hereditariae conuenientem, reliqua parte aliis cognatis, licet vlteriorum graduum, *geradae* capacibus, aut his deficientibus, fisco relicta. Aliud dicendum, si ea iure successione in res defunctae cognatae hereditarias non gaudeat, sed eiusmodi heredibus extantibus, qui iuris *geradam* nanciscendi expertes sunt, tamquam

f) BARTHIVS in *Bericht von der Gerade* Cap. II. §. 14. 15.

g) *Gottf. Augr. HOFFMANNVS in der Beschreibung der Gerade und des Heergevathes*, PII. Cap. II. §. 121. n. 11. Cap. III. §. 219. Cap. V. §. 428.

h) III. *Car. Ferd. HOMMELIVS* in egregio libro, qui inscribitur: *Pertinenz- und Erbsonderungs-Register* Lipsiae hoc anno edito, in der *Einleitung* p. 48.

quam proxima cognata solas res vtenfiles capere velit. Nam cum ciuitas, in qua ea viuit, separatam geradae successione numquam permittat, inaequalitas oriretur, si foeminae eius vrbis iuribus vteni hae res iure singulari concederentur. Tum quidem cognata externa, etsi proxima, hereditario titulo haud subnixta a tota gerada reuisione recte repellitur, omniaque ad hoc rerum genus pertinentia, quia heredes mortuae mulieris iis potiri nequeunt, aut aliis remotioribus cognatis iis locis, vbi geradae ius receptum est, commorantibus cedent, aut si nec tales forent, a fisco occupabuntur. Haec si ad dubiam quaestionem ex lege municipali Dresdensi oriundam adcommodentur, facilis erit decisio. Quaesiuimus: Vtrum filii a filiabus aut ex iis neptibus in loco, vbi geradae nulla habetur ratio, viuentibus in successione in res vtenfiles defunctae matris ex statuti Dresdensis rationibus excludantur, nec ne? Nunc vero non amplius dubitamus propter ea, quae diximus, id partim affirmare, partim negare, ita quidem, vt aequalitatem inter diuersi iuris ciues seruandam imprimis ante oculos habeamus. Nempe soror externa cum fratribus iuris statutarii huius vrbis capacibus in hereditate matris Dresdensis concurrentes nec totam sola accipiet geradam, nec omnes res vtenfiles solis fratribus relinquet. Non totam geradam sibi ideo vindicare poterit, quia nec soror Dresdensis, si vna cum fratribus matri secundum eius loci, vbi externa soror viuit, iura succederet, totam sola nancisceretur. Non omnibus carebit rebus matris vtenfilibus, quoniam nec fratres Dresdenses in loco domicilii sororis exterae vna cum ea concurrentes in vniuersum ab iisdem excluderentur, sed in his quoque hereditario titulo partem facerent. Sed sunt potius res matris, quae iure Saxonico vtenfilium numero habentur, ratione sororis exterae mere hereditariae censendae, ita, vt haec ex iis aequae, ac ex reliquis defunctae matris bonis, portionem virilem accipiat, quae etiam fratribus sororibusque Dresdensibus ex hereditate materna in alia ciuitate deberetur, reliquae vero fratri-



bus, quippe qui iure Dresdensi capaces habentur, qui in gerada succedant, eiusmodi fororibus vel fororum filiabus haud exantibus, quibus ius ad geradam maternam esse posset, quales non sunt in loco iuris geradae ignaro commorantes, quae portionem virilem tamquam heredes, non omnes res vtenfiles tamquam proximae cognatae capiendi ius habent, cedant. Extat hanc in rem egregium responsum ab Ordine Ictorum Vitembergensium a. MDCCCXII. editum, quod apud BARTHIVMⁱ⁾ ac HOFFMANNVM^{k)} deprehendere licet, vbi in caussa fororis Marchicae, quae Liuviae nomine insignitur, in successione matris, quae Dresdae domicilium habuerat, cum duobus fratribus Saxonibus concurrentis ita pronunciatum fuit: *Dafs der Liuviae nebenst einem Dritttheile von der Erbschaft auch ein Dritttheil von der Gerade abzufolgen, die übrigen zwey Dritttheile aber denen beyden Soehnen, jedoch dergestalt, dafs sie davon der nächststen fähigen Mubmen die Nifftelgerade ausbändigem, zu überlassen.* Attamen non praetermittendum est, quod etiam in hoc responso recte exprimitur, nihilosecius fratres ratione portionum, quas ex rebus vtenfilibus maternas acceperunt, ad geradam minus plenam proximae a fororibus vel earum filiabus cognatae tradendam obligatos esse. Nam non nisi sub hac conditione lex municipalis iis successione ius tribuit.

§. IV.

A patre superflite excluduntur.

Haec autem omnia, quae de iure filiorum, quibus nec forores sunt, nec fororum filiae, geradam maternam capiendi disputauimus, ita intelligenda sunt, ne iuri patris superflitis aliquid detrahatur. Dresdae namque licet marito res vtenfiles defunctae vxoris, quae neque filias, neque neptes ex iis reliquit, retinere, sola gerada minus plena proximis illius cognatis concessa,

i) BARTHIVS l. c. App. No. XXVI. p. 50.

k) HOFFMANNVS l. c. P. II. p. 348.



cessa. Verba statuti, quae id iubent, haec sunt: ^{a)} *Stirbet nun eine Frau eber denn der Mann, und laesset Toechter oder Toechterkinder, so nehmen dieselben allezeit die volle Gerade, und bekommen der Toechterkinder so viel, als ihrer Mutter gebühret hätte. Verlaesset sie aber keine Tochter oder Tochter Tochter, so giebt der Mann der verstorbenen naechsten Nissiel, es sey Mutter, Grossmutter, Schwester, oder Muhme, allezeit nur die halbe oder Nissielgerade, also, das eine jegliche Mutter nach Absterben ihrer Tochter oder Tochter Tochter, von derselben Ebemännern, vermöge der alten Statuten, ein mehrers nicht zu fordern.* Unde apparet, filios ne fororibus quidem earumque filiabus deficientibus in res vteniles matris succedere posse, si patrem adhuc habeant superstitem, cui post filias neptesque, quas solas lex municipalis praefert, hoc ius simpliciter et absque villo discrimine vindicatur.

§. V.

Frater clericus reliquos fratres laicos ab hac successione arceet.

Magis dubium videtur, quid statuendum sit de iure filiorum, quibus matre defuncta nec forores quidem, nec filiae earum metuendae sunt, at qui fratrem habent clericorum ordini addictum. Quamvis enim clerici in gerada materna capienda foemini sexus ^{a)} cognatis et speculi Saxonici iure et fori vsu ^{b)} plane aequiparentur, adeo, vt vel cum fororibus in gerada materna capienda concurrant, de quo iure singulari, qui accuratius cognoscere capit, consulat, qui data opera illud tractarunt, LANGIVM ^{c)} et GOTTSCHALDVM ^{d)} forsitan tamen aliquis quaerat, vtrum clericus filius hoc casu reliquos fratres laicos a rebus matris

a) STATVTA DRESD. Cap. IX. §. 3. 4.

a) IVS PROV. SAX. lib. I. art. 5. Der Pfaff nimmt gleichen Theil mit der Schwester in der Mutter Gerade, conf. IVS WEICHB. SAX. art. LVII.

b) CARPZOVIVS lib. cit. Part. III. Conf. XI. Def. 8. et Conf. XXXVIII.

Def. 38. BARTHIVS I. c. Cap. II. §. 24. seqq.

c) Marr. LANGH Diff. de successione clericis in geradam maternam, Lipsiae C1910CCVIII.

d) Chr. Henr. GOTTSCHALDI Sched. de successione clericorum in geradam, Schneebergae C1910CCLX.



matris Dresdensis vtenfilibus plane excludat; an potius portione virili contentus esse debeat? cui postremae sententiae ipsa verba statuti, quae, deficientibus filiabus et neptibus ex iisdem, filios absque vilo discrimine ad successionem geradae maternae vocant, aliqua ratione patrocinari videntur. At enim vero cum frater clericus in hac successionis causa pro ipsa sorore habeatur, fororum appellatione comprehensus is omnino intelligi debet. Quid? cum omnes leges municipales, quibus exceptiones a iure communi tanquam a iusta regula stabiliuntur, ita interpretandas esse duxerim, vt ab hac regula minime recessisse videantur, quod fit, dum non plura iura singularia ex iis deducimus, quam quae ex verbis eorum expressis fluunt, clericorum quoque priuilegium, de quo ne mentio quidem in Statutis Dresdensibus occurrit, integrum, sicut est ex iuris communis dispositione, ibi relictum affirmare, et soli filio clerico, exclusis plane reliquis fratribus, totam geradam defunctae matris, quam nec filiae nec neptes, ex iis superstites lugent, adsignare nullus dubito. In hanc autem clericorum numerum non solos sacerdotes ordinationis, vt vocant, ritu initiatos, verum etiam Canonicos, aediuos, et ludimagistros referendos esse eo certius iudico, quo praestantiori gloriari possum antesignano, illustri HOMMELIO^{e)} viro meis laudibus adeo superiore, vt merita eius circa rem literariam facile venerari, quam tenui et indigna oratione attingisse praestet, a quo hanc de clericorum in causa geradae appellatione sententiam nuperrime defensam et confirmatam esse, non sine summo fructu, qui ab egregiorum tanti viri librorum lectione numquam abest, deprehendi.

§. VI.

Quomodo filii, deficientibus sororibus earumque filiabus, in gerada materna succedant?

Vidimus hactenus, quando filii rerum vtenfilium a matre Dresdensi relictarum participes fiant, sed quorsum hoc ius pertineat.


^{e)} Car. Ferd. HOMMELIVS lib. cit. in der Einleitung p. 48. seq.



tineat, restat dispiciendum. Etenim non existimandum est, eos, fororibus fororumque filiabus haud extantibus, totam forte sibi vindicare posse geradam maternam, sed, quod supra iam velur transeuntes monuimus, proximae cognatae partem, quae *die Nisttelgerade* audit, vt relinquat, expressa volunt Statuti verba: ^{a)} *Gleichergestalt sollen auch die Soehne, wenn sie keine Schwester oder Schwester-Toechter am Leben haben, nach ihrer Mutter Absterben der naechsten Muhmen mehr nicht, als die Nisttel oder halbe Gerade auszuantworten schuldig seyn.* Vbi quidem tria imprimis quaerere liceat, primum, quae res gerada minus plena contineantur? alterum, quae pro proxima cognata habenda sit? vltimum, quis capiat geradam minus plenam nullis plane cognatis superstitibus? Ad primam quaestionem eo facilius est responsio, quo certioribus finibus ambitus geradae, minus plenae ipsa lege municipali circumscriptus est. Ibi enim sequentes res in hunc numerum referuntur: ^{b)} *Zur Nisttel oder halben Gerade gehören nicht (wie es bishero eizliche haben auslegen wollen) der Frauen zwey besten Kleider mit aller Zubehör, sondern die besten zwey Stücke davon, als ein Rock, und eine Schaub, oder zwey Roecke, oder zwey Schauben, also das die Nisttel darunter die Wahl hat, und entweder diese oder sonsten zwey andere Stücke, als einen Rock und ein Leibstücke, oder Rock und Schürze, oder dergleichen erwehlen mag: Ingleichen geböret auch dazu ein Ober- und Unter-Bette, naechst dem besten, so sie gelassen, überzogen, zwey Küssen, und ein paar Leilach oder Tücher.* Quae omnia adeo clara sunt, vt non indigeant interpretatione. Non negligi tamen debent, quae statim adduntur, verba: *Was aber nicht vorhanden, darff nicht ersetzt, noch mit Gelde bezahlet werden.* Proximam autem cognatam, cui haec rerum vtensilium pars cedit, non eam accipere debemus, quae vnquam proxima fuit defunctae matri, sed quae tempore mortis ei adhuc proxima est, etsi fortassis paulo remotiori gradu constituta sit, modo non ultra septi-

a) STAT. DRESD. Cap. IX. §. 10.

b) Ibid. §. 2.



septimum gradum eius cognatio se extendat, quippe quo omne successio ius moribus Saxonum ^{c)} finitur, quicquid BARTHIVS ^{d)} aliique in contrariam partem disputent. Quodsi autem nulla omnino superstes sit cognata, quae hanc partem geradae accipiat, annon filii totam retinebunt? Erant forte, qui fiscum in hac parte praeferre haud dubitauerint, cui deficientibus cognatis successio in vterilibus rebus iura nostra ^{e)} tribuunt. Mihi vero potius propterea videtur esse ius filiorum, quod fiscus non prius aliquod ius succedendi nancisci potest, quam bona vere sunt vacantia, quod contingit, cum nemo superest talis successio capax, quae tamen ratio hic exultat, cum filii lege municipali omnino capaces habeantur, qui in geradam matris succedant. Nec aliud innuit ipsa Statuti dispositio, quippe quod sancit, ut filii solis cognatis partem quandam tradere teneantur, non, quod filii huius partis sint incapaces (quis enim hoc sibi persuadeat, cum in primaria rerum vterilium portione cognatas excludant?) sed ob singularem cognatarum fauorem, ne privilegium earum, quo iure Saxonico aduersus masculos harum rerum gratia vtuntur, hoc statuto penitus sublatum esse videatur. Ergo, nullis plane cognatis extantibus, nullis quoque earum fauor esse potest, sed tota gerada filiis, ni fallor, adiudicanda.

§. VII.

Sub filiis non comprehenduntur nepotes.

Hanc autem, quam filiis iure Dresdensi competere disputauimus, in matris, quae nec filias, nec neptes ex iis reliquit, geradam succedendi facultatem etiam ad nepotes extendi posse, multi sunt, qui defendunt. Quam sententiam etsi celeberrimis et de forensi iurisprudencia maxime promeritis viris, inque his BERGERO ^{a)}, WERNHERO ^{b)}, BARTHIO ^{c)}, adrisse de-

prehen-

c) IVS PROV. SAX. lib. I. art. III.

d) BARTHIVS lib. cit. Cap. VII. §. 43.

e) IVS PROV. SAX. lib. I. art. XXVIII. CONST. ELECT. SAX. XXXVIII. P. III.

a) BERGERVS in *Supplem. ad Electa Disceptat. for. P. I. p. 586. ed. nou.*

b) WERNHERVS in *Select. Obseru. P. I. Obs. CXLIV.*

c) BARTHIVS lib. cit. Cap. II. §. 21. et 23.



prehendi, mihi tamen, qui sentiendi libertate magis delector, quam auctoritati et adulandi studio tribuere soleo, liceat a rationibus tantorum virorum paulisper recedere, et argumentis, quibus vsi sunt, sub examen vocatis meum quaecumque addere iudicium. Haec vero est illorum mens, vt existiment, ex analogia iuris municipalis Dresdensis consequi, quod filiabus et nepotibus deficientibus etiam nepotes iique tam ex filiis quam ex filiabus progeniti defunctae auiae res vtenfiles, sola gerada minus plena, quippe proximis cognatis tradenda, excepta, retinere possint, in quam sententiam olim iudicatum esse, duo responsa apud BERGERVM, WERNHERVM atque HOFFMANNVM^d) obuia luculenter demonstrant. Cuius quidem sententiae fundamentum in eo ponunt, quod haec lex municipalis, cum filios admittat ad rerum vtenfilium successionem et ita masculos capaces reddat eas capiendi, magis conueniat cum iure ciuili, quam ius Saxonicum, adeo, vt praesumendum sit, conditores huius Statuti voluisse, vt, deficientibus foeminini sexus descendentibus, gerada maneat penes filios cuiuscunque gradus, nec cedat cognatis a latere iunctis. Videtur autem eos in hanc opinionem adduxisse vulgaris, quae tradi solet, regula, Statuta ex iure communi esse interpretanda, quae si recte intelligatur, optima nititur ratione, sin perperam applicetur, multis ansam praebet erroribus. Equidem verissimum duco, quamlibet dispositionem iuris statutarii, quae a iure communi, quod in vrbe recedit, ita esse explicandam, vt quam minime ab eo discrepare videatur, quod sit, dum non ultra verborum sensum expressum ea extenditur. At enim vero cum ius Romanum, quippe tantum in subsidium receptum, non eam normam constituat, ad quam omnes terrae sint diiudicandae, sed potius cuiilibet prouinciae sua propria sint iura, ius commune alicuius prouinciae illud intelligi debet, quod totam obligat, etsi in aliis non valeat, quodue ad singulas eius vrbes, quae singularibus

C 2

Sta-

d) HOFFMANNVS lib. cit. P. II. p. 339. et 347.



Statutis haud vtuntur, omnino pertinet. Quaeuis igitur specialis legis municipalis dispositio exceptionem a iure totius prouinciae continet, quod intuitu singularum vrbium ibi sitarum commune est. Quapropter cum de eius interpretatione quaeritur, recte quidem monendum est, eam ex iure communi, hoc est, ex iure huic prouinciae proprio, explicandam esse, sed nulla iuris peregrini ratio habenda, cuius nulla omnino est auctoritas, nisi iis in causis, de quibus domesticae leges silent. Haec si ad extensiuam, de qua nunc quaerimus, interpretationem Statuti Dresdensis in nepotum fauorem factam applicentur, huic sententiae, quid tribuendum sit, facile apparebit. Nempe cum ius, quod circa rerum vtensilium successionem traditum est, vniuersae Saxoniae proprium sit, Romanis vero moribus plane ignoretur, non video profecto, quomodo in statutoria super eo dispositione diiudicanda iuris Romani tamquam iuris communis vlla ratio haberi queat. Quis non maiori iure Saxonum mores regulam censeat, a qua conditores legis municipalis Dresdensis diuortium fecerint? Si ita est, cur exceptionem ibi ratione filiorum obuiam vltra eius verba extendamus? Hoc certe esset magis recedere a regula, quam ii recesserunt, qui ius eandem deferendi habuerunt. Hos enim, largior quidem, masculos capaces reddidisse geradae, at vltra filios primi gradus hoc ius accipiendum esse, verba, quibus mentem suam declararunt, haud patiuntur. Cur enim nulla nepotum facta est mentio? Nonne hoc indicat, auctores tantum in filiorum fauorem a communi Saxonum consuetudine, quae mares a successionem rerum vtensilium excludit, recessisse? Sane aliis in locis, vbi iura vlteriorum quoque graduum consanguineis competere voluerunt, expressis verbis remotiorem gradum indicarunt. Sic v. c. vt significarent, non solum filias, sed etiam neptes ex iisdem totam geradam defunctae matris, marito superstite, sibi vindicare, neptium non oblitum sunt, his verbis: *e) Stirbet nun eine Frau eber denn der Mann und laeßet Toechter oder Tochter Kinder, so nehmen etc.*

e). STAT. DRESD. Cap. IX. §. 34.

et paullo post: *Verlaasset sie aber keine Tochter oder Tochter-Tochter, so giebt etc.* Eadem loquendi ratione vsi sunt, vt clararent, etiam filias sororum in gerada materna fratribus praefendas esse. *) *Gleichergestalt sollen auch die Soehne, wenn sie keine Schwester oder Schwester-Tochter am Leben haben etc.* Quae exempla satis, vt opinor, demonstrant, eos verborum valde curiosos fuisse, nec vltra ea mentem suam extendi voluisse. Ergo si nepotibus in vtersilium successione eadem cum filiis iura tribuere in animo habuissent, non filiorum appellatione contenti fuissent, sed *Soehne oder Sohnes Kinder* posuissent. Nemo igitur mihi persuadeat, sub filiis hic comprehendi nepotes: hos ego iure Dresdensi ab omni defunctae auiæ gerada penitus arceo, siue soli sint, siue cum filiis primi gradus concurrant.

§. VIII.

Qui filii lege municipali Dresdensi vti possint, disquiritur.

Quamquam autem ad solos filios hoc ius pertinere certissimum videatur, tamen, cum quaelibet lex municipalis praeter ciues eius vrbs, in qua valet, vix aliis, quam quorum expressa ibi mentio facta, data esse intelligatur, non omnibus filiis, quorum mater Dresdae diem supremum obiit, illud vindicare cupio, sed, quousque hic fauor se extendat, paullo accuratori disquisitione aestimare, a fine huius libelli haud alienum esse iudico. Omnis nempe res eo redit, vt appareat, quae personae iurium singularium, quae Statutis Dresdensibus comprehenduntur, capaces sint, quaeue ab iisdem excludantur? Hoc vero ex Cap. XVI. ipsius iuris municipalis cognoscere licet, vbi ita: *Wenn sich ein Todesfall in diesem Weichbilde begiebt, so sollen nicht allein die Bürger und Schutzverwandten, sondern auch diejenigen, welche mit Immobilien, so unter des Raths Iurisdiction gelegen, alhier angefessen, ingleichen die Kirchen und Schul-Diener, und die sich in unser des Raths Bestallung und Diensten befinden, nebst dero Weibern, Wirtben und Kindern dieser Statuten genieffen, wie sich denn auch derselben unsere zu diesem Weichbilde geboerrige*

f) Ibid. §. 10.



Untertanen mit zu gebrauchen und sich darnach zu richten haben. Jedoch soll denen oftgedachten Churfürstlichen Herrn Ræthen, denen von Adel, Doctoren, Secretarien, und andern Hoffbedienten, wann sie sich entweder wegen erlangten Burgerrechts oder als angeessene dieser Statuten gebrauchen, es an ihren übrigen Privilegien, Immunitaeten, Freyheiten und Gerechtfamen allerdings unnachtheilig seyn. Haec igitur legitima norma esto, ad quam decidatur, qui filii matris defunctæ geradam, fororibus earumque filiabus haud extantibus, capere possint, quae quamuis clarissimis verbis concepta esse videatur, tamen nonnullas continet dubitationes, quas paullo accuratius explicare iuuabit. Nam primo quaeri potest, vtrum haec requisita, quae Statuta Dresdensia in personis, quae iis vti volunt, desiderant, in filiis aequae ac in ipsa matre necessaria sint, an sufficiat, solam matrem ad vnum personarum ibi commemoratarum genus pertinere, etiamsi ipsi filii res vtensiles matris petentes ad nullum plane referri possint? Ego quidem filiorum nullum omnino respectum hic habendum, sed solum matris conditionem spectandam esse, cum ob communem omnis iuris statutarii analogiam, tum ob singularem rationem ex ipsa hac lege municipali petitam arbitror. Cum enim eius, qui capax est Statuti alicuius vrbis, non persona solum, sed etiam bona ibi sita huic iuri obnoxia sint, non potest non in hereditate illius diiudicanda eadem quoque lex propter defuncti conditionem, nulla omnino heredum siue eodem iure vtentium, siue alia lege viuentium ratione habita, obseruari, ita, vt plane ex defuncti persona succedatur. Quae ratio efficit, vt mihi certissime persuadeam, filios semper capere geradam matris Dresdensis, etsi iuris statutarii alioquin incapaces, dummodo matris viduae maritus ex illarum personarum numero fuerit, quas hoc statuto, cuius de hac re dispositionem adscripsimus, conditores teneri voluerunt. Cui opinioni novum robur addunt ipsa iuris Dresdensis verba, quae eius vsum etiam civium aliarumque illius capacium personarum liberis tribuunt: *Nebst dero Weibern, Wittben und Kindern dieser Statuten*

ten genieffen. Vnde prono alueo fluit, filiorum ius in successione matris non ex ipsorum conditione, sed ex matris defunctae statu ac foro, quod a marito habuit, aestimandum esse. Quam sententiam etiam WERNHERO^a) probatam et exemplo rei ita iudicatae ab eodem confirmatam deprehendi. Non sufficit autem, matrem Dresdae habitasse, aut saltem diem supremum ibi obiisse, vt filii huius iuris participes fiant, sed opus est, vt ipsa aut ciuitate fruatur, aut incolis senatus iurisdictioni subiectis adnumeretur, aut, vt breuius dicam, inter eas personas sit, quas allegata Statuti verba iuris Dresdensis capaces declarant; alioquin filios eius, quamuis ipsi ciuitatem adepti fuerint, ab hac successione repellendos censerem. Hinc dubitatio oritur, an vidua consiliarii, nobilis, doctoris, aut in vniuersum eius, qui in collegio principis vel aulae a seruitis fuit, Dresdae domicilium habens et moriens filiis suis, filiabus et neptibus ex iisdem deficientibus, geradam aequae relinquat, ac aliae huius vrbs incolae? Discrimen quidem in ipsa lege municipali clarissimum constituitur ratione harum personarum, ita, vt vsus iuris Statutarii cum iis communiceretur, si aut inter ciues expresse recepti sint, aut immobiles res possideant, ab eodem vero excludantur, si neutro polleant, nec vllum dubium superest, quin eae tamquam ciues receptae omnibus priuilegiis ciuium etiam quod ad successionem frui debeant: attamen cum forum domicilii harum personarum quippe ipsius principis iurisdictioni subiectarum numquam sit coram magistratu urbano, si immobiles res absque iure ciuitatis possideant, sola rerum immobilium possessio eas omnium iurium, quae in his Statutis continentur, capaces vix reddet, sed videntur verba legis: *Oder als angefessene dieser Statuten gebrauchen*, restrictiuam desiderare interpretationem. Quapropter non possum non a me impetrare, quoniam BERGERO^b) et auctoribus duorum responsorum, quae HOFFMANNVS^c) cum aliis collegit, adstipuler, qui

a) WERNHERVS in *Select. Observ. forens.* P. IX. Obs. CXIV.

b) BERGER. in *Oecon. Iur.* lib. II. tit. IV. §. 40. n. 16. qui sententiam a per-

illustri collegio prouocationum Dresdensi laram testimonii causa attulit.

c) HOFFMANNVS lib. cit. P. II. p. 333. et p. 337.



qui haec verba ita explicant, vt indicent, commemoratas personas, quae in numero ciuium non sunt, Statutorum quidem participes esse quod ad iura et onera rerum immobilium, quas possideant, non autem exercere posse ea priuilegia, quae personam concernant, quorsum ius succedendi in res mobiles, quales sunt vtenfiles, omnino pertinet. Itaque filiis viduae consiliarii, nobilis, doctoris, aut alius mariti sub numero personarum, quas cum illis lex municipalis pari in hac causa iure vt voluit, comprehensi, facultatem in matris defunctae, quae Dresdae domicilium posuerat, geradam succedendi non competere arbitror, nisi illius maritus ius ciuitatis sollempniter nactus fuerit; eos vero eiusmodi parentum filios, quorum mater tantum immobilia bona absque iure ciuitatis possedit, aut quae vtroque iure caruit, ad hanc successionem numquam admittendos esse censeo. An autem filii matris iuris Dresdensis participis, qui alio loco, quam Dresdae domicilium posuerunt, hoc priuilegio vt possint? quaestio est, quam licet extra omnem dubitationem positam BARTHIVS^{d)} tamen dubiam reddere voluit, filiis alio in loco habitantibus hoc ius denegans, quam ob causam ad exemplum Liuiae filiae, Berolini viuentis, quod supra (§. III.) tractauimus, prouocauit, quae tamquam extranea a successione in gerada materna exclusa fuit. Sed quemadmodum hoc exemplum quippe ad ius retorsionis, vt vidimus, spectans ad hanc causam, vbi non de iis locis quaeritur, vnde gerada concedi non solet, sed de omnibus domiciliis filiorum extra Dresdam, etiam vbi geradae ius viget, sermo instituitur, referri plane nequit: ita certissima et celeberrimorum Ictorum, GOLDBECKII,^{e)} CARPZOVII,^{f)} WERNHERI,^{g)} aliorumque consensu approbata regula BARTHIO obstat, quae in successione geradae, sicut omnium rerum mobilium,^{h)} Statuta et consuetudinem loci, vbi defuncta persona, cui succeditur,

d) BARTHIVS *lib. cit.* Cap. II. §. 37.

e) GOLDBECKIUS *de iure geradae* Cap. V. §. 8. p. 81.

f) CARPZOVIVS *lib. cit.* ad P. II. Const. XIV. def. 54.

g) WERNHERVS *lib. cit.* P. V. Obf. CXXXIV.

h) *Decif. Elect. Sax.* LIV.

ditur, domicilium habuit, obseruari iubet. Omnes potius filii, vbicunque sedem fixerint, matris Dresdensis geradam capiendi facultate gaudent, modo ipsa mater statutis vrbis vti potuerit, nisi fortassis eo in loco habitent, contra quem Dresda retorsione vtatur. Haec fere sunt, quae de singulari filiorum priuilegio, quo Dresdae in rerum vtensilium matris successione fruuntur, pro ratione instituti exponere animus erat.

CAP. II.

DE SVCCESIONE FILIORVM IN REBVS
VTENSILIBVS MATRIS EX IVRE CIVITATIS LIPSIENSIS.

§. I.

Argumentum statuti Lipsiensis de hac filiorum successione.


Cum hoc autem iure, quod Dresdae filii in gerada materna competit, lex municipales Lipsiensis partim conspirat, partim ab eodem diuortium facit, cuius rationes et mentem quo accuratius cognoscere liceat, ipsum eius hac de re dispositionem praemitti interpretis officium a nobis efflagitat. Sic vero ibi scriptum est: ^{a)} *Stirbet eine Wittib, und verlässet keine Tochter oder Tochter-Kinder, so soll dero volle und Niffel-Gerade auf ihre Söhne oder Sohnes-Kinder, und nicht auf die vorhandene Niffel, da es gleich die leibliche Schwester, oder auch die Mutter oder Groß-Mutter waren, fallen.* Quae verba etsi satis clara sint, vt intelligatur, Lipsiae quoque filiis, quid? et liberis eorum cedere geradam defunctae matris, quae nec filias nec liberos ex iisdem reliquit, occurrunt tamen variae quaestiones, quae vberiore explicationem mereri videntur, quas in altera huius libelli parte ita pertractare animus est, vt omnes per partes, licet breuiter, examinemus nostrumque quaecumque addamus iudicium.

§. II.

Quādo filii geradae maternae participes fiant, exponitur.

Quemadmodum Dresdae filiorum non aequale cum filiabus ius est in rebus matris vtensilibus: ita Lipsiae quoque non nisi

a) STATVTA LIPSIENSIA art. 42. *legis und Statutis, Lipsiae CIOCCCL.*
in der Stadt Leipzig Ordnungen, Privi. 4. p. 298.



nisi his deficientibus filii succedere possunt. At ne tum quidem eorum ius statim incipit, sed praeferuntur iis *liberi* ex sororibus nati. Sub his vero caue ne solas filias sororum intelligas. Etsi enim fortassis filiarum et neptium ex iisdem quippe proximarum matris cognatarum ius tantum, non etiam nepotum, quippe ad masculinam cognationem referendorum, potius prae filiis videri posset, tamen cum specialis statuti dispositio hic occurrat, a genuino verborum sensu recedere nefas est, sed sola proprietates sermonis accurate obseruanda, quae liberorum appellatione non minus masculinum sexum, quam filias, indicari demonstrat. Vnde fit, vt mihi certissime persuadeam, auctores legis municipalis Lipsiensis, cum scripserint: *Stirbet eine Wittib und verlasset keine Tochter oder Tochter-Kinder, so soll etc.* non neptes solum ex sororibus, sed nepotes quoque ex iis nati filiis vt antecedant, voluisse. Consentit necum BARTHIVS^{a)} sub liberis filiae etiam masculos comprehendi affirmans, attamen sibi ipsi parum constat, dum scribit, nepotes ex filia cum nepotibus ex filiis propter paritatem gradus in capita concurrere. Nam quemadmodum non ex conditione gradus, sed ex legitimis statuti verbis, quae id profecto non innuunt et strictam desiderant interpretationem, res est decidenda, ita haec opinio facit, vt argumentando contrarium potius assequi liceret. Nam si nepotes ex filia demum cum nepotibus ex filio in gerada auiae concurrere putemus, necesse est, vt affirmemus, eos a filiis, quippe suis liberis ad successionem maternam propiores, excludi. Si hoc ais, non poteris absque pugnae metu defendere, quod nepotes ex filia sub liberis filiae in statuto indicentur, quippe qui ibi luculentissimis verbis ipsis filiis praeferuntur. Itaque aut sexum masculinum a liberorum appellatione remouere te oportet, aut, si hoc absurdum est, nepotibus ex filia aequae ac neptibus successio in res auiae defunctae vtensiles ante eius filios tribuenda est. BARTHIVM vero, qui neutrum voluit, valde perplexum esse, quis

a) BARTHIVS lib. cit. Cap. II. §. 35.



quis non videt? Quare potius vidua defuncta in eius gerada capienda hanc rationem seruandam esse arbitror, vt primis omnium haec successio deferatur filiabus, his non extantibus neptibus ex iisdem, deinde nepotibus, et post hos demum filii vocentur. Hi enim omnes cognatas, solis fororibus earumque filiabus exceptis, repellunt. Vnde nec soror mortuae matris, nec mater nec auia illius, quarum expressa in lege municipali mentio facta est, nec vlla alia cognata filio superstite aliquid ius habet, quarum fauor, (quod plane singulare est) hoc statuto adeo extinctus fuit, vt filius ne geradam quidem minus plenam (*Niffelgerade*) proximae matris cognatae tradere teneatur. Nam haec quoque ipsi his verbis vindicatur: *So soll dero volle und Niffelgerade auf ihre Soehne oder Sohns Kinder, und nicht auf die vorhandene Niffel, da es gleich die leibliche Schwester oder auch die Mutter oder Gross-Mutter weren, fallen.* Ceterum quae supra de iure filiorum, (Cap. I. §. III.) quibus sunt sorores extero loco commorantes, quae retorsione a successione in res vtensiles arcentur, nec non de filio clerico (Cap. I. §. V.) reliquos filios a gerada materna excludente iuris Dresdensis illustrandi gratia monuimus, ea omnia statuti Lipsiensis interpretandi causa repeti possunt.

§. III.

De liberis filiorum in res vtensiles auiae succedentibus.

Non autem solis filiis hoc ius prae cognatis defunctae matris tribuitur, sed liberi etiam ex iis nati ad geradam auiae iure Lipsiensi ante cognatas vocantur. Statim enim iunguntur filiis: *Auf ihre Soehne oder Sohns Kinder.* Videndum tamen est, quando succedant et quomodo? Parentibus eorum quippe defunctae auiae primi gradus filiis adhuc viuus eos nullum ius habere, vix opus est, vt moneam. Docet enim omnis iuris analogia, neminem iure, cuius morte alterius in se translaturi spem habet, prius vti posse, quam eo, per quem illud nanciscitur, extincto. Sed an aliis filiis iam mortuis, aliis supersticibus, liberi filiorum praemortuorum cum supersticibus iure re-



praesentationis concurrant, quaeri potest? Quod ego eo certius affirmandum esse cum BARTHIO^{a)} censeo, quo magis id cum communi successione in gerada, ubi neptes ex filiabus cum reliquis filiabus in stirpes admittuntur,^{b)} convenit, neque hoc statuto prohibitum intelligitur. Fiant igitur hoc casu tot geradae portiones, quot sunt filii primi gradus et quot liberorum a defunctis filiis procreatorum stirpes extant. Quodsi vero liberi filiorum soli supersint, soli etiam exclusis omnibus cognatis geradam defunctae aviae inter se diuidant. Neque neptibus ex filiis plus iuris tribuendum est, quam nepotibus, ita, ut his illae forte praeferantur. Quamuis enim foeminarum ius potius, quam masculorum, in rebus utensilibus esse videatur, tamen id ob iuris Saxonici analogiam tantum de cognatis, non de foeminis agnationis vinculo coniunctis, debet intelligi, et hanc ipsam ob causam in neptibus ex filiis ortis cessat, quae non agnationis iure, sed ex singulari iuris Lipsiensis dispositione, quae filiorum liberos, ad quos etiam masculi pertinent, nullo facto discrimine vocat, vna cum nepotibus ex filiis geradae avitae capaces declarantur. Quare potius liberi filiorum, qui soli existunt, omnes utriusque sexus et nepotes et neptes aequas portiones ex rebus utensilibus aviae accipiunt, ita tamen, ut diuersorum filiorum liberi non in capita, sed in stirpes succedant. Numquam vero, quod paulo ante contra BARTHIVM demonstrauimus, liberi filiorum cum nepotibus concurrere possunt, cum omnes filiarum liberi indistincte ipsis filiis expressis statuti verbis praeferantur. Ceterum, quod filiis concessum est, totam geradam maternam, ne minus plena quidem excepta, prae cognatis sibi vindicandi ius etiam ad liberos eorum in gerada avita capienda referendum est, quippe qui in lege municipali filiis plane aequiparantur.

§. IV.

a) BARTHIVS lib. cit. Cap. II §. 23.

b) IDEM lib. cit. Cap. II §. 6. ubi elegantem loci SPEC. SAX. lib. I. art.

V. qui huic sententiae repugnare videtur, conciliationem ex iuris Saxonici rationibus ductam legere licet.



§. IV.

Cui matri a filiis succedatur, explicatur.

At enim vero hoc filiorum privilegium ne fororibus quidem ac liberis ex iisdem deficientibus semper obtinet, sed non nisi in rebus vtenfilibus matris *viduae* obtinet. Nam si mater maritum superstitem, dum moritur, relinquit, is omnes personas, quibus cum iure communi, tum lege municipali Lipsiensi ad defunctae mulieris geradam ius esset, plane excludit, si solas filias defunctae vxoris exceperis, quae maritum ita antecedunt, vt tantum nonnullas ex rebus matris vtenfilibus, partem nempe fratrum lectorum et linteorum, imo, si is vitricus sit, totius geradae dimidiam ei cedere teneantur, his vero deficientibus, nulla aliarum personarum ratione habita, ille solus totam vxoris retinet geradam. Verba statuti, quae id iubent, ita se habent: "Wenn einem Mann sein Ebrweib stirbet, und keine Tochter hinterlaesset, so soll solches Weibes volle Gerade, ungeachtet dero Mutter oder andere Nifftel aufsteigender oder seitwertiger Linie annoch vorhanden, auf dero überlebenden Ehemann fallen etc. De qua mariti successione plura legi possunt in peculiari dissertatione, quam b. Gotbafredus Leonhardus IOECHERVS de *successione coniugum Lipsiensium* conscripsit. Vnde recte colligitur, filios ex rebus vtenfilibus matris, quae superstite marito decessit, nihil omnino accipere, sed omnia manere penes maritum. Nam cum lex municipalis tantum filiarum mentionem fecerit, quae patre extante in res matris vtenfiles succedere possint, ad filios ob strictissimam statutorum interpretationem hoc ius porrigi nequit. Ergo soli matri auique viduae filii eorumque liberi, nullis neque filiabus neque liberis ex iisdem extantibus, in gerada Lipsiae succedunt.

§. V.

Qui filii hoc statuto vti possint, disputatur.

Hoc vero, quod haecenus exposuimus, filiorum privilegium matris Lipsiensis geradam sibi vindicandi vtrum omnibus, quorum mater Lipsiae vixit, sit proprium, nec ne, non extra

D 3

contro-

a) STATVTA LIPS. art. 35.



controuersiam positum est. Tota res eo redit, vt intelligatur, quae personae iuris huius vrbis municipalis capaces habeantur. Filius enim, cuius mater in hoc numero est, optimo iure res eius vtensiles suas faciet, siue ipse aliis in rebus statutis subsit, siue eorum communione priuetur. Quare opera danda est, vt ratio inueniatur, ex qua dubiam hanc quaestionem decidere liceat. Est autem duplex eorum, qui hoc argumentum tractarunt, sententia, alia summo iuris rigore subnixta, alia lenior, et, si quid video, menti ipsisque adeo legis municipalis verbis magis conueniens. Illa est CARPZOVII^{a)} atque BERGERI^{b)} qui alios quam veros ciues iure statutorio Lipsiensi vti posse negant. Haec BARTHIVM^{c)} primum defensorem habet, qui ad eos quoque incolas, qui onera quaedam ciuibus alioquin propria, vt censum pro excubiis, ferunt, et quamuis non sint ciues, tamen sub senatus tutela viuunt ac censum tolerantiae commercii ciuici causa soluunt, illud pertinere contendit. Vtraque opinio suis nititur rationibus, vtraque rerum iudicatarum prae se fert auctoritatem. Itaque in iis diiudicandis ita versandum duco, vt vtraque exposita, cur posterior mihi in primis placeat, declararem. Qui solos ciues, hoc est, eos, qui iureiurando ciuibus proprio praestito in hunc numerum expresse recepti fuerunt, ad statutorum priuilegia admittunt, partim in principio satis cognito, statuta ciuium tantum causa condi, partim in ea regula, quae strictissimam iurium municipalium interpretationem iubet, praesidium sibi quaerere videntur. Sed neutrum argumentum sufficit, vt solos ciues statutis Lipsiensibus obnoxios esse mihi persuadeam. Largior, in dubio statuta solos ciues obstringere, sed hoc non verum esse iudico, si ipsa iuris in aliqua ciuitate conditi analogia aliud demonstrat, id quod in nostrae vrbis statutis factum esse statim declarabo. Neque refragor, leges municipales strictissime interpretandas esse, sed quod ius municipale

a) CARPZOVIVS lib. cit. P. II. Const. XIV. Def. 52.

b) BERGERVS *Elect. discept. For.* Tit. XLV. Obs. VI. n. 6.

c) BARTHIVS lib. cit. Cap. II. §. 16. 17.



pale Lipsiense, vt ultra ciues porrigatur, haud patiatur, nego ac pernego. Potest id optime ex accurata ipsius huius iuris inspectione intelligi. Ibi enim variis locis non ciuium tantum mentio occurrit, sed saepissime cum iis *incolae* (*Bürger und Einwohner*) iunguntur. ^{d)} Quod profecto certissimum indicium est, auctores statutorum non de solis ciuibus, sed de aliis incolis vrbis etiam cogitasse et iura ibi scripta his non minus, quam illis, tribuisse. Habes igitur rationem ipsis legis municipalis verbis munitam, quae efficit, vs rigorosa sententia deserta, eam arripiam, quae ad legis mentem magis adcommodata esse videtur, cum incolae eorundem cum ciuibus iurium participes ea declaret, quorum vsus in ipsis statutis non expresse ad solos ciues restrictus fuit, quod cum in iis capitibus, quae ad successionem spectant, factum non sit, incolae aequae ac ciues ipsa singulari dispositione, quae de rebus vtensilibus ibidem occurrit, quin vt possint, affirmare nullus dubito. Hoc tamen, quod ad incolae pertinere dixi, ius non de omnibus Lipsiae incolis, sub quibus (vocabulo latius accepto) omnes, qui Lipsiae habitant, etiam nullo nexu cum senatu coniuncti comprehenduntur, intelligi volo, sed de iis tantum capiendum censeto, qui cum propter tutelam senatus, sub qua sunt, et vt commercia ciuica exercere liceat, censum aliquem (*Schuz Geld*) soluant, necnon onera quaedam publica pariter ac ipsi ciues praestent, ciuibus hanc ob causam in plurimorum priuilegiorum vsu aequiparandi sunt. Aequissimum enim est, vt qui onera ciuibus propria ferant, iisdem quoque cum ciuibus commodis, saltem plurimis, gaudeant, etsi ipsum ius ciuitatis non adepti sint. Quapropter ipsis mercatoribus Gallis, qui in hac vrbe domicilium posterunt, licet nec sint ciues, nec esse possint, tamen quoniam quibusdam

J) Sic v. c. statim sub initium *Statutorum* art. 2. dicitur: *Es soll kein Bürger, oder Einwohner einigen Rathen etc.* Porro art. 24. *Als laßet E. E. Rath alle und jede Bürger und Einwohner hiermit ernstlich vermahnen etc.* Et in primis sub finem, vbi obseruatio

legis municipalis generali formula iniungitur, expressa sit incolarum his verbis mentio: *Darauff will sich E. E. Rath hiermit ausdrücklich referiret und bezogen, auch alle und jede Bürger und Einwohner hiermit ernstlich ermahnen haben.*



busdam oneribus ciuitatis publicis subiacent, et primario quodam
 ciuium priuilegio, commerciorum scilicet iure fruuntur, vsum
 statutorum adsignare nullo argumento prohibeor. Eos vero,
 qui iurisdictioni senatus quidem subiecti sunt, sed nec censum
 tolerantiae soluunt, nec onera publica ferunt, aut quibus sena-
 tus ius dicendi potestatem plane non habet, vt qui principi
 sunt a seruitiis vel in loco solius principis iurisdictioni obnoxio
 habitant, quoniam nulla ratione cum ciuibus comparari possunt,
 ab vfu legis municipalis lubenter arceo. Quae omnia et latius
 persecutus est BARTHIVS, et multis exemplis e foro petitis
 illustrauit. Singulare tamen est, quod Lipsiae ciues academiae
 eodem cum municipibus in rebus vtenfilibus capiendis iure vtan-
 tur, non quasi statutis huius vrbis sint obnoxii, sed quia hoc de
 gerada caput non solum a membris academiae corpus consti-
 tuentibus sua sponte receptum, sed etiam ab Electore Saxoniae
 Ioanne Georgio II. anno C I D I O C L X X I I. singulari edito diplo-
 mate^e) confirmatum fuit. Haec vero omnia praemitti debe-
 bant, vt qui filii facultate res matris defunctae vtenfiles, nullis
 nec filiabus nec liberis ex iisdem extantibus, sibi vindicandi
 gaudeant, definiti possent, id quod semper a conditione matris
 eiusque capacitate statutorum priuilegiis vtendi pender. Quod si
 igitur vidua Lipsiae domicilium habens marito olim matrimonio
 iuncta fuit, qui ad vnum genus personarum, quas iure huius vr-
 bis vti posse affirmauimus, referri potest, hoc est, qui vel ipse
 ciuis erat, vel propter census tolerantiae et onerum publicorum
 ciuitatis praestationem cum ciuibus aequiparari poterat, vel acad-
 demiae suberat, filii illius, cum moritur nullas nec filia nec liberis
 ex iisdem relinquens, geradam retinebunt. Si vero tali marito
 non gauisa sit, nec filii eius vllam in rebus vtenfilibus habebunt
 ius, sed communis succedendi ratio iure Saxonico definita locum
 inueniat necesse est.

e) Extat apud HOFFMANNVM lib. cit. P. II. p. 793.



COROL-



COROLLARIA.

I.

Mulieres non possunt testes esse in codicillis.

II.

Morgengaba Saxonica hoc nomen non meretur.

III.

Legatum in testamento parentis inter liberos extraneae personae relictum iure ciuili non valet, nisi coram quinque testibus datum.

IV.

Diuisio pactorum nuptialium in simplicia et mixta cum iuris Germanici rationibus vehementer pugnat, et hanc ob causam eius valor non prae-



*praesumendus est, sed receptio illius ex lege
cuiusuis prouinciae speciali aut rerum perpe-
tuo iudicatarum auctoritate probanda.*

V.

*Principum euangelicorum matrimonia sine sacer-
dotali benedictione inita valida sunt.*

VI.

Pacta principis captiui non obligant.




ULB Halle

3

003 719 014







17
Pri. 49. *manuscript 37.*
1767, 32.

DISSERTATIO
DE
SVCCESIONE FILIORVM
IN RES VTENSILES MATERNAS
EX IVRIBVS CIVITATVM
DRESDENSIS AC LIPSIENSIS.

22/3

QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
P R O L O G O
IN EODEM ORDINE OLIM OBTINENDO
AVGVSTVS FRIDERICVS SCHOTT,
PHILOSOPHIAE ET IVRIS VTRIVSQVE DOCTOR,
SOCIETATIS LATINAE IENENSIS COLLEGA
HONORARIVS
D. XV. APRILIS A. O. R. CIOIOCC LXVII.
HORIS ANTE- ET POSTMERIDIANIS
DISPVTANDI CAVSSA PROPOSVIT,
RESPONSVRO A MERIDIE.
CHRISTIANO GOTTLOB MATTHAEI
ANNAEMONT.

L I P S I A E
LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE,

